e-codices

Oratio I.

De Morbis habita in præsentia totius Ven. Conventus. 1660.

XII.

Dolendum est Auditores ornatissimi tantis ignoran-
tia, caecitatisq; tenebrarum involucris Bonis miseros mor-
tales esse involutos, atq; immersos, tantis Divinum Sol
lumen rebulis esse obfuscatum, tantâ, tamq; corruptâ
ac perversa iudicandi ratione mentes hominum, ani-
mosq; esse infectos, et imbutos, ut ea ipsa, quæ Deus
Opt. Max. ad illorum salutem, et eum, ad quem
creati Universi sunt finem consequendum, ordinare
disponereq; consuevit, tanquam pestes quasdam, et
nescio quas Herculeas Hydras, in communem omniu
hominum perniciem, ac interitum natas esse suspi-
cantur, atq; inextricabilem omnium malorum labyr-
inthum esse existimant, aversantur, fugiant, atq;
calumnientur; videreq; et quod prò nefas, deploran-
dum est, commutibusq; prosiliant: at Verò mihi
talium rerum integrum exercitum, atq; totas, ut
aiunt, quadrigas eruta in medium afferre, nini-
me difficile foret. Quid si morbos, corporisq; cala-
mitates tales esse dicam? quid si dicam Verum aver-
sa, seu mala, ut appellant, prospera Valetudini pro-
ferenda sit? imò dicam; Et dicam quanta Utilitates

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 107r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/107r)